tem et alijs causis quot et quantis sunt quietat emittit et liber-
os facit. Obduchowsky Vulnera et processus omnes cassant.

Pietrzykowo Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter
comparens Nobilis Laurentius olim Pauli Pietrzykowski de Pietrzy-
kowo Gołębki ... sanus mente et corpore existens palam publice ac li-
bere recognovit. Quia Nobili Martino olim Simonis Sierzykowski et
eius successoribus Portionem in hereditate Pietrzykowo Gołębki sitam
in campo sedecem sulcos hyemales a via ad ... tendens inter
metas Christophori et successorum olim Stanislai Pietrzykowski
iacens cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus
attinen. et pertinen. nullis exceptis in Octo florenis Polonicis hinc usque
ad exemptionem et summae ... integram expeditionem obligavit
et inscripsit. Prout iam ex nunc ... realem cum pacifica possessione
per Nobilem et Nobiles ... offisse acceptandam dat et admittit. Submitten-
do se de omnibus bonis cum successoribus suis memoratam tenutam
suam et eius posteros ... ab omni impedimento cuius-
quamnimus personarum ... et removendo per totum tempus
tenutae eiusmodi ... quoties opus fuerit tueri defendere evin-
cere ... per se et per submissas personas non iniuriare sub
vadio simili ... Octo floren. Polonic. Et coram officio praesenti
in primo Actoris termino peremptorio ... ac satisfactione
omnibus in universum ... remedijs et defensis legalibus im-
pedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ... -
bendo et abrenunciando.

Hryniewicki Emissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis
Adrianus olim Theodori Hryniewicki sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Christophorum olim De-
mian Hryniewicki de causa et Actione Rei Vulnerum adquod
... Judicium instituta ob ... sibi sufficientem satisfactionem quietat
emittit et liberum facit. Actionemque et processum ... in causa obtent.
cassat et annihilat perpetuis ac aeternis temporibus.

Zimnoch Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter
comparens Nobilis Jacobus filius Alberti Leszczynski sanus mente
et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili
Laurentio olim Joannis Zimnoch et eius successoribus tenetur esse de-
bitor certi veri et liquidi mutuatitij pecuniarii summam Trzydzieści
floren.